ritis utique me. Ego enim ex deo processi & ueni. neque enim
a me ipso ueni. sed ille me misit. Quare loquelam meam
non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum.
Uos ex patre diabulo estis. & desideria patris uestri uul
tis facere. Ille homicida erat ab initio. & in ueritate
non stetit. quia ueritas in eo non ē. Cum loquitur
mendacium ex propriis loquitur. quia mendax ē. &
pater eius. Ego autem quia ueritatem dico non creditis
mihi. Quis ex uobis arguit me de peccato? si ueritatem
dico quare uos non creditis mihi? qui est ex dō uerba dī
audit. Propterea uos non auditis. quia ex dō non estis.
Responderunt igitur iudei & dixerunt ei. Nonne bene
dicimus nos. quia samaritanus es tu & demoniū habes?
respondit ihs. ego demonium non habeo. sed honorifico
patrem meum & uos inhonorastis me. Ego autem non
quero gloriam meam. est qui querat & iudicet. Amen
amen dico uobis. si quis sermonem meum seruauerit
mortem non uidebit in aeternum. Dixerunt ergo iudei.
Nunc cognouimus quia demoniū habes. Abraham
mortuus ē & prophete. & tu dicis. si quis sermonem
meum seruauerit mortem non gustabit in aeternum.
Numquid tu maior es patre nostro abraham qui mor
tuus ē. et prophete mortui sunt. quem te ipsum facis?
respondit ihs. Si ego glorifico me ipsum gloria mea
nihil ē. Est pater meus qui glorificat me. quem uos
dicitis quia ds noster est. & non cognouistis eum.
Ego autem noui eum. Et si dixero quia nescio eum ero si
milis uobis mendax. Sed scio eum & sermonem eius
seruo. Abraham pater uester exultauit ut uideret
diem meum & uidit & gauisus ē. Dixerunt ergo iudei